



1644

11

DISPUTATIO JURIDICA,  
De  
**HOMICIDIO,**

*Quam*  
DEO ADSISTENTE

Permissu ac indultu nobilissimi Senatûs juri-  
dici, in incluta Electorali ad Viadrum  
Universitate,

P R Æ S I D E

*Amplissimo ac Consultissimo VIRO,*  
Dn.

**IOHANNE BRUNNEMANNO,**  
Philos. & J. V. D. P. P, Præceptore, favitore  
ac promotore suo magno.

*Publicè in Ictorum collegio defendet*

**GEORGIUS HEINRICUS Winther/**  
Pomeran.

Die II. Mensis Aprilis

---

*Anni* 1644.

VIRIS  
ADMODUM REVERENDIS, MAGNIFICIS, NOBILIS-  
SIMIS ET MAXIME STRENUIS.  
DN. MATTHIÆ à Güntersberg /  
Rev. Capituli Caminensis DECANO, in Bupler / Salcken-  
walde etc. hereditario, Mecœnati ac pro-  
motori suo multum venerando.

DN. Dubschlaß Christoph von Eichstett /  
Rever. Capit. Caminensis Scholastico, & Occidentalis  
Pomeraniæ Consiliario provinciali eminentissimo, in-  
Krugsdorf, Coblenz etc. hereditario; Mecœnati  
& promotori suo itidem summè observando.

DN. Johann Friderich Fleming /  
districtus JULINENSIS & GRYPHENBERGENSIS  
præsidi & præfecto, in Martentin, Zebbin  
etc. hereditario, Evergeti ac promotori suo  
assidue pariter colendo.

*Hanc juris disquisitionem cum  
oblatione debita observan-  
tia, suorumq; officiorum  
promptissimâ paratissimâq;  
inscribit.*

GEORGIUS HEINRICUS Winther /  
Author & Respondens.

**H**ominem homini insidiari nefas esse, inquit Ictus *Florentinus* in *L. 3. ff. d. 7. § 7.* propter cognationem, quæ Natura inter eos constituit, & officia humanitatis, quibus homo homini obstrictus *l. 7. ff. d. serv. export.* Delictum certè eò horrendum magis, quò in furiosa hac mundi senecta frequentius. Sed, ut talibus quidquam de rigore juris aperiã, rectè me facturum opinor, si in præsentì in Homicidii materiam paululum inquiram.

II. Homicidium est quælibet exanimatio, violenter facta, quâ anima à corpore (per alium hominem, jure non jubente) separatur *Bald. in l. 7. §. 1. ff. ad l. Aq. per l. item Melan. §. Celsus eod. VVesemb. in =. b. t. n. 5.* dicitur Homicidium qs. hominis cœdium, ut arguit vis nominis *l. ita vulneratus §. 1. pr. ff. ad L. A.*

III. Homo siquidem subjectum hujus materiæ conspicitur, sine quo numquam hoc committitur; & homo èt. causa efficiens; & licet fera aliquem enecet, propriè tñ. non potest homicidium appellari, sed pauperies *t. t. 7. § ff. si quad. paup. sec. dic.* nec interè, liber homo sit an servus, qui occisus est. *l. inde. Neratius 23. §. 9. ff. ad l. Aq. l. 1. §. 2. l. 11. §. 1. ff. d. sic.* nec interest, utrum sit in lucem editus, an v. adhuc in utero materno contineatur *Exod. 21. v. 23. l. 38. §. 5. § l. 39. ff. d. poen. l. 8. ff. ad L. Corn. d. sic. c. consulisti 20. c. 2. q. 5. Const. Crim. art. 133.* quod tñ. de foetu vitali et animato intelligimus cum *August. in can. quod v. 8. § seq. c. 32. q. 2. § August. Elector. Saxon. part. 4. Constit. 4. § ibi Dan. Moll. § dn. Carpzov. VVesemb. in = ff. d. sic n. 7. § aliis, per d. art. 133.*

IV. Variè dividitur Homicidium; Canones illud dispescunt in spirituale & corporale, quod tñ. jam attingere displicet: alii illud dividunt in voluntarium & Casuale: Nos dispescimus illud cum *dn. Carpzov. parte 1. prax. crim. q. 1. n. 13.* in dolosum, culposum, casuale & Necessarium. Dolosum a. fit vel animo deliberato *eine fürseztliche Mordt/* vel ex ira, sine prævia animi deliberatione, de qua *Car. V. art. 137. Und also das der gewohnheit*

rach/ein fürseztlicher muthwilliger Mörder mit dem Rade/ vnd ein  
ander der den Todschlag auß Zorn gethan etc. mit dem Schwert.  
Dolosum porrò fit, vel circa personas sanguine junctas, vel extra-  
neas, &c.

V. Homicidium dolosum & voluntarium è, quod sic  
consultò, vel è crimen publicum §. 5. *J. d. P. Jud. l. 1. ff. eod.*  
quò quis doloso occidendi seu lædendi animò hominem cneat  
*l. 1. §. 3. ff. ad. L. Corn. d. sic l. 1. C. eod.* Non n. præcise animus oc-  
cidendi requiritur, sed sufficit animum lædendi adfuisse, licet  
præter intentionem lædentis mors sequatur: ut rectissimè cum  
aliis noviss. defendit. *dn. Carpz. p. 1. q. 1. n. 28.* & præter alios ibi  
allegatos etiam, *Theodor. Petr. Concl. Crim. 124.*

VI. Ex his planum, quid de eo judicandum, qui non oc-  
cidit, mortis tñ. causam præbuit, quod omninò teneatur de Ho-  
micidio voluntario, modò dolusie. animus occidendi & lædendi  
adfuerit. si n. tale factum sit, ut scire quis non potuerit, aut me-  
tuere secuturam mortem, poena tum ordinaria locum non ha-  
bet. *Boss. d. homicid. n. 73.* An item de eodem teneantur hi, qui  
infantes exponunt, dubitatur; & quod teneantur, si in loco so-  
litario exponant, eo animò ut infantes pereant, (qui ex facto præ-  
sumitur,) & secutà eorum morte, satis arguunt, *Bart. in l. necare ff.*  
*d. lib. agnosc. VVesenb. in w. n. 14. ad. L. Corn. d. sic. P. H. D.*  
*artic. 138.*

VII. Sed quid de eo qui sibi ipsi manus violentas infert?  
Homicidam eum esse apparet ex *Gen. 9.* aliisque textibus juris Di-  
vini & per *l. cum a. 23. §. 3. ff. d. Edil. Edict. quâ de re Augustin.*  
*d. Civit. DElc. 17. & seqq. & Epist. 60. & 204.* sed qualis poena  
hîc locum habet? Et distinguunt, utrum *αυτοχειρία* consummata,  
annon. si illud, poena *L. Corneliæ* locum habere nequit; nisi  
quod corpus honestâ sepulturâ privetur *c. placuit 12. c. 23. q. 5. de*  
*qua consuetudine testatur Schneidvvin §. religiosum n. 9. J. d. R. D.*  
*& Heig. part. 2. qst. 36. num. 64. Menoch. l. 2. A. q. cas. 284. n. 36.*  
nisi id factum ex furore, Melancholia, & animi impotentia, ut post  
*Covarrur. & Damboud, Heig. d. l. n. 74.* in bona certè ejus magi-  
stratui nullum jus, nisi ex conscientia sceleris mortem sibi con-  
scivisse probetur per *l. fin §. sic a. ff. d. bon. eor. qui sib. mort. l. 1. C.*  
*eod.*

*eod. P. H. D. art. 135.* ubi id ad eum casum restringitur, quando tale delictum est, ob quod quis vitam et bonis privandus hodie est, ut Majestatis *d. a.* dadurch er sein Leib vñ Gut verwirckt morte a. non insecuta, non puniuntur ordinariè, cum conatus Homicidij profectu nunquam puniatur *Vvesenb. n. 7. lit. c. in w. ad L. Corn. d. sic.* arbitrariam tñ, poenam incurrunt *arg. l. 3. S. 6. ff. d. bon. cor. qui ant. sent. L. 13. ff. ad L. Aq.* idem et. observandum in eo qui in homicidio adimplendo fuit occupatus, casu tñ, illud conficere prohibitus *Trentl. part. 2. Dispp. 32. tb. 5. lit. D. nisi.* ex conscientia sceleris id fecerit, quo casu pro Confesso habendus *Gom. tom 3. var. ref. c. 3. n. 14.*

VIII. Nec attenditur hic conditio personæ ipsius rei, sive nobilis sive plebejus *per l. 3. C. d. Episc. aud. art. 137.* der *P. H. D.* ibi ein jeder Mörder vñ Thotschläger & per generales textus juris Divini *Gen. 9. Lev. 24. Apoc. 13. v. 10. & Ben, Carpz. d. q. 2. n. 8. & seq.* ubi ita iudicatum refert.

IX. Poena Homicidii voluntarii hodiè est capitalis. Homicidas n. *L. Corn. d. sic.* ultore ferro persequitur *§. 5. 7. d. P. jud. l. 3. S. fin. ff. d. sic.* quæ poenæ impositio cum codice divino concordat *Joban in Apocalyps. c. 13. v. 10. Matt. c. 26. v. 52.* Originemq; fortè traxit ex Constitutione, gloriòssimi Imp. JUSTINIANI *§. 5. 7. d. P. jud.* quod & Carol. V, Imp. Confirmavit in *der P. H. D. artic. 137. & 148.* cum olim hujus delicti poena non semper fuerit Capitalis, sed honestiori loco positus adsignaretur deportatio in Insulam cum ademptione honorum, humilioribus v. ex moribus poena hæc esset capitalis *per l. 16. ff. d. r. d. sic.*

X. Dum de poena aliquid proloquuti, meritò & huc sequens casus trahi viderur. Rixantur plures, unicus a. ab iisdem interficitur, anne plures illi tenebuntur? Negandum hoc, si apparet, cujus ictu perierit homo, & is gladio puniatur *l. ult. ff. ad L. Corn. d. sic. & art. 148.* der *P. H. D.* sed si plures unum lethalibus vulneribus confecerint, nec appareat, qui primum ictum intulit, tum omnes de occiso teneri, eosq; gladio puniri juris est *per d. art. 148.* Ex æquitate tñ, ordinaria poena iis remittitur, cum in delictis probationes luce meridianâ debeant esse clariores *l. fin. C. d. prob. l. 16. C. d. pæn.* cum latius sit, impunitum relinqui fa-

crinus nocentis, quam innocentem damnare *L. 5. ff. d. pœn. vid. Boff. d. Homicid. n. 26. Gail. 2. obs. 109. n. 1. VVesenb. in x. ad L. Corn. d. sic. n. 19. Clarus in §. Homicidium n. 37. Ben. Carpzovius p. 1. q. 25. per tot. & alii.*

XI. Et is qui animo occidendi hominem vulneravit *L. Corn. pro sicario* è damnandus *l. 1. §. 3. ff. ad. l. Corn. d. sic.* cum res ad actum consummationi proximum sit deducta; qui n. vulneravit, quantum in se fuit, interfecit, jure ergo delictum pro completo haberi debet *l. 18. C. d. adult. & l. 14. ff. b. t. Bald. in l. 5. C. d. Episc. & Cler. quod in. singulare cum sit, merito non trahitur ad Consequentias l. 16. ff. d. LL. c. 49. d. R. J. in 6. & huic juri, quò conatus pro effectu punitur, contrariâ consuetudine derogatum, ut testatur *Boer. decis. 316. n. 3. Clar. §. fin. q. 92. n. 1. Tiraquell. d. pœn. temper. caus. 37. n. 3. Bachov. in Treatl. v. 2. disp. 32. d. 6. lit. A.* Et delicta, aliâs assumpto actu, subsequutoq; exitu sunt intelligenda *l. 225. ff. d. V. S. immo mitius conatus punitur, quam perfectum delictum l. 1. ff. d. Extraord. Crim. d. 21. §. 7. ff. d. furt. l. 3. C. d. serv. fugit.* Hinc quoq; rectè Salicetus arbitratur in *l. 7. C. ad. l. Corn. d. sic. n. 6.* quod licet Lex conatum puniat sicuti effectum, judex tamen possit ex potestate sibi à consuetudine concessâ, pœnam mitigare.*

XII. De vulnerato tenentur ij, qui tantum lethaliter vulnerarunt, si alius post supervenerit, qui eundem occidat *l. 11. §. 3. ff. ad l. Aq. Petreus concl. crim. 134.* Videntur quidem hac in parte sibi invicem obloqui *l. 11. §. 3. & 51. pr. ff. ad l. Aq.* sed varriè conciliantur; quidam distinguunt, an ex vulnere secundo statim exanimatus fuerit servus, an non; illò posterior tantum, hoc casu uterq; de occiso tenetur *Costal. in l. 51. ff. ad. l. Aq. Zas. 2. intellect. sing. c. 6.* cui subscribit *du. Bachov. in vot. ad Tr. Dispp. 18. v. 1. tb. 9. per l. 15. §. 1. ff. ad l. Aq.*

XIII. Ordinariæ capitis pœnæ subjiçitur, si quis manibus suis hominem occiderit, si alteri mandaverit: mandatum sequidem hîc æquipollet facto, cum non minus ex mandato, quam ex facto pœna capitalis sequatur *Bart. in l. si per alium ff. si quis in jus vocat. & nihil interè, utrum quis ipse occidat, vel causam mortis dolo præbeat l. 15. §. 1. ff. ad l. Corn. d. sic. l. 11. §. si manda-*

tu ff.



*in ff. d. injur.* quod quis n. per alium fecit, ipse fecisse existimatur c. 12. d. R. 7. in 6. sed ordinaria poena prius non adficitur mandans, quam delictum sit consummatum, ex eo n. obligatur *Salicet. in l. Non ideo minus in 3. qst. C. d. accusat.* & sic iudicatum refert celeberrimus dn. *Carpzov. part. 1. prax. Crim. q. 4. n. 15.*

XIV. Nec excusat mandantem, & ab ordinaria poena eundem liberat, quod vulnerari tantum, non occidi iusserit *Jul. Clar. l. 5. sen. 5. fin. q. 89. n. 5.* quia mandavit id ex quo facillime mors sequi potest ex sua natura *Clar. d. l. 5. Menoch. l. 2. cas. 352.* ubi ab hac sententia recedendum non esse monet: & ita sentit *Bachov. in Tr. vol. 1. disp. 27. 3. lit. g.* liberari tn. pote mandans a poena ordinaria, si mandatarius etiam absq; mandato homicidium perpetraturus fuisset, animo forte in occisum concitato, aut minis praemissis aut praeparationibus ad occidendum adhibitis, & mandans hoc sciverit, dn. *Carpzov. part. 1. prax. Crim. q. 4. n. 28, 31.* & ante hunc. *Menoch. d. Cas. 352. n. 13.*

XV. Frustra quis eo excusabitur, quod armis ad occidendum factis non fuerit usus, sed pedo, palo, flagello frumentario, cultro, malleo, etc. cum non tantum ferreis armis dolosum homicidium committatur, sed etiam ligneis instrumentis; *text. in jur. Divin. Num. 35. v. 18.* Lex n. Cornelia d. sicariis poena adficit eos, qui telo nocent, sub cuius nomine etiam venit lignum s. 5. *J. d. pub. jud.* & quod iis, qui instrumentis ligneis hic allegatis aliquem percusserunt, poena gladii fuerit indicta, pronunciatum refert dn. *Carpz. part. 1. prax. Crim. q. 3. n. 15, 16, 17.* & alia praesudicia scimus.

XVI. Baculum tn. parvum hic excipimus: Vix n. Creditur ut hic dolus & animus occidendi adsit, *arg. l. un. C. d. emend. serv. Dec. con. 9. n. 3. v. 5. percutiens cum virgis Boss. d. Homicid. n. 37. Mascard. d. probat. lib. 1. Concl. 97. n. 29.* secus tn. e in baculo grandiori, quando illo multis vicibus caput affligitur; ex hoc n. occidendi animus praesumitur *Bart. in l. 1. s. divus ff. ad l. Corn. d. sic* & *Carpzovius d. q. 3. n. 19. & seq.*

XVII. Non excusatur, quando quis pugno mit voller Faust/ praesertim semel atq; iterum aliquem coedit, ut ille ex eo extinguatur, praesertim si percussio facta circa tempora capitis: nulla

tenus n. hic extra dolum est, debuit n. scire, & scivit, pugnum vitæ nocere l. 27. §. 22. ff. ad l. Aq. Mascard. d. probat. lib. 1. Concl. 97. n. 29. & lib. 2. Concl. 8. 64, n. 4. Optimè tn. notandum è, constare prius debere, utrum ictus pugnò illatus fuerit lethalis, nam aliud erit, si lapsus in terram, aut capitis in lapidem illisio contingat. Men. d. arbit. jud. qst. lib. 2. cas. 324. n. 6. Carpz. d. l. n. 38. sed idem non admittendum, quando manu vacuâ alapa infligitur, & percussus ex eo moritur, nam ille ultimo supplicio non è adficiendò, cum rarò, immo vix accidat, ut ex alapa quis moriatur, sed in culpa esse alia symptomata præsumantur: & propter hanc rationem non faciliè graviolem relegatione pœnam esse imponendam tradunt. Men. d. psumpt. lib. 5. psumpt. 40. n. 10. Dec. Conf. 9. n. 3. & Carpzovius d. 9. 3. n. 42.

XIIX. Pœnæ ordinariæ èt. subjiciendus è iste, qui cum Titium occidere vellet, peremit Semperonium. præcepta n. DEI Exod. 20. v. 14. Gen. 9. Levit. 24. Matt. 26. Apoc. 13. loquuntur generaliter, ergo & generaliter intelligantur: insuper hæc adsertio multis juris textibus probatur, ut arg. l. 18. §. pen. & ult. ff. d. injur. l. 20. C. d. furt. l. 7. C. ad l. Corn. d. sic l. 6. C. ad l. Jul. d. vi pub. & sic sentiunt Vasq. lib. 3. Controv. illustr. c. 96. n. 23. Fachin. lib. 1. Contr. jur. c. 37. Treutl. vol. 2. disp. 32. th. 3. 6. lit. a. ibiq; Bacchov. Carpz. part. 1. rer. Crim. q. 5. n. 4. 5. 6. 7. & seq. & Berlich. p. 4. concl. 10. n. 5. aliiq; multi allegati ab Harpr. in. §. 5. 7. d. P. 7. n. 169.

XIX. Non potest quis excusari ab ordinaria pœna eò, quod iracundiâ concitatus homicidium commiserit Gail. 2. obs. 106. n. 9. Clar. 5. sent. §. injuria n. 16. & §. fin. q. 60. n. 9. Cagn. in l. 48. ff. d. R. 7. Boss. d. injur. n. 22. rarò alias delinquentes punirentur, quia plerumq; calore iracundiæ delinquent: & quamvis primi illi motus in potestate nostra non sint, attamen ut iis obsistamus, in potestate nostra è; Bacchov. in Tr. disp. 32. th. 6. lit. C. mitius tn. punietur, si immodica sit ira, & si ad illam gravissimâ offensione sit concitatus, & offensus. qf. mente motus sit, & nesciat, quid agat Gail. 2. obs. 110. n. 36. Bacch. loc. cit. Petreus Concl. Crim. 149. Carpzov. part. 3. rer. Crim. q. 147. n. 56, & hoc propter infirmitatem humanæ naturæ, quæ difficulter dolorem justum temperare potest l. 4. C. d. Adult. l. 38. §. 8. ff. eod. cum  
*Qualibet iratis ipse det. arma doler*

Sed hac in parte circumspcctum oportet esse judicem. In bla-  
spheiniis certè ira excusari citra impietatem, aut pœnam minue-  
re nequit; iusta n. quidem ira in hominem, nulla v. in creatorem.  
ut rectè *Baccb. d. lit. C.*

XX. Excusatur tn. pater si filia families corruptorem, cum  
ipsa in turpitudine viventem, in ædibus suis vel generi, iræ in-  
continens uno impetu, æquali ira adversus utrumq; sumptâ occi-  
derit. *l. 20. ff. d. Adult. P. S. D. art. 150.* sed gravidam filiam  
non potest impunè occidere, quia partus ille in utero pro nato  
jam habetur *l. 7. & 26. ff. d. stat. bom.* sicut ergo qui jam natus è,  
propter alium occidi non debet, ita et. partus qui residet in ute-  
ro, propter delictum matris interfici non debet. *l. 2. ff. d. mort, in-  
fer. l. 22. C. d. pœn.*

XXI. Sic potest maritus eum qui in ædibus mariti constu-  
prat uxorem, non tn. quemlibet, sed tantum turpem & infimæ  
conditionis hominem interficere, juxta *l. 24. ff. d. adult.* si hæ  
conditiones non observentur, mitius puniatur *l. 4. C. d. adult. &  
l. 38. §. 8. ff. eod.* si eum apud uxorem invenerit *d. l. 38. §. imperator  
ff. d. adult* solus a. maritus potest eum interficere & ultionem fi-  
lio non committere *Petr. Concl. crim. 99. post Covar. d. sponsal. §.  
7. tom. 1. c. 7. n. 5.*

XXII. Si post trinam denunciationem suspectus porro  
pergat rem illicitam agere, potest maritus impunè in locis suspe-  
ctis, aut in domo sua, aut in adulteri, cum muliere ludentem in-  
terficere *Nov. 117. c. 15. & autb. siquis ei C. d. Adult.* quod tn. jure  
Canonico immutatum è, *c. si quod verius 33. q. 2.* immo in foro  
conscientiæ nõ excusabitur maritus, qui occidit adulterum, uxo-  
rem adulteram, aut filiam, ac ita in æternum exitium eos præci-  
pitat vid prolixè hic differentem *P. Tholosan. in syntag. jur. un. lib.  
36. c. 6. n. 7.*

XXIII. Quanquam minor 25. annis reus *L. Cornel. d. sic  
fieri possit L. 6. C. ad. L. Corn. d. sic.* miseratio tn. ætatis inter-  
dum judicem ad mitigationem pœnæ perducit per *l. auxilium §.  
1. v. si v. in delictis d. min. l. 108. ff. d. R. J.* Regulariter tn. & per se  
minor ætas mitigationem pœnæ præsertim in hoc delicto non  
meretur *arg. d. l. auxilium 37. §. 1. ff. d. min. & art. 164. Const.*

B

Crim.

*Crim.* & licet tantus dolus non sit ut in maiore, tantus tñ. è, qui ad ordinariam pœnam sufficit, si tñ. ætas proxima pupillari; & pœnam mortis fuisse mutatam in pœnam fustigationis se observasse testatur *dn. Carpzov. part. 3. Pract. Crim. qst. 143. n. 90.* quod tñ. eorum, quide jure respondent arbitrio committendum, nec contra jus Divinum mitigatio temerè concedenda.

XXIV. Excusantur à pœna Criminali infantes, cùm delictum ex iudicio & animo delinquentis æstimetur *arg. l. 1. C. d. sic. l. qui injuria 53. ff. d. furt.* quem non habent, cum quid agant, ignorent *l. infans ff. ad l. Corn. d. sic. l. si infanti C. d. jur. delib.* pœnâ ergo L. Cornelie nequaquam possunt adfici *d. l. infans l. 1. §. impuberes C. d. fals. monet. Clement un. d. homicid. Men. d. arbit. jud. qst. lib. 2. cas. 329. n. 1. Damboud. in prax. Crim. c. 48. n. 1. Gail. 2. obs. 110. n. 31.* quod etiam extenditur ad eos, qui pubertati proximi sunt, si doli non sunt capaces *per l. 1. C. d. fals. mon. VVesembec. in paratit. ad L. Corn. d. sic. n. 25.* licet et. doli capaces esse censeantur, pœna tñ. capitis his non è. adjudicanda, sed ea minuenda & mitiganda *Clar. in pract. Crim. §. fin. qst. 60. n. 2. & 3. Damboud. c. 84. n. 3. Gail. 2. obs. 110. n. 32. VVesemb. in par. ad L. Corn. d. sic. n. 25.* Senibus quo pœna minui solet *Gail. d. obs. 110. n. 34.* quod tñ. locum ht. in pœnis extraordinariis, & certâ lege non statutis, de quibus loquitur *l. 2. ff. d. rerum. mot.* in homicidio certè senectus non excusat, nisi senex sit decrepitus, & deliret, de quo casu videtur loqui *l. 3. §. 7. ad Silan. vid. Carpz. part. 3. pract. Crim. q. 144. n. 12. & seqq.*

XXV. Excusantur à pœna ordinariâ furiosi: satis n. suo furore puniuntur *l. 14. ff. d. off. presid. l. infans ff. ad L. Corn. d. sic. c. aliquis 15. q. 1. & Clement. un. d. Homicid.* Sed tempore dilucidi intervalli si commiserint homicidium, puniuntur ordinariè *d. l. 14. ff. d. off. presid. & arg. l. furiosum C. qui test. fac. 3. in l. patre furioso n. 39. ff. d. his qui sui vel al. jur. Reusn. lib. 1. decis. 17. n. 13. Gom. lib. 3. var. resol. c. 1. n. 70.* Probatio tñ. maxime è necessaria, quod eò tempore, quò homicidium commisit furiosus, sanæ mentis fuerit. *l. 22. ff. d. probat & sic pronunciatum refert Celeberr. dn. Carpzovius part. 3. prax. Crim. qui 145. n. 36. idemq; dicendum è de muto & surdo, qui non habet intellectum Carpzov. part. 3. prax.*

*prax. Crim. q. 147. n. 26. cum infanti & furioso comparentur l. 65. §. 3. ff. ad S. C. Treb. ub. Bart. & Dd. ad quem casum traditio Dd. etiam restringenda est, quâ tendunt mutum & surdum excusari Carpz. d. l.*

XXVI. Neq; ordinaria capitis pœna illi potest dici, qui dormiens aliquem interfecit *arg. l. 1. §. 3. ff. d. acquir. poss. Dambaud. c. 84. n. 9. cum voluntas in maleficiis semper sit spectanda l. 1. C. ad L. Corn. d. sic. c. merito 15. q. 1. dormientes, a. qua tales, peccandi voluntatem habere non videntur, iccirco quoq; maleficium non committunt c. non è peccatum dist. 6. & hoc intelligimus de eo qui surgere non est solitus. Non tñ, in totum excusandus dormiens, qui scit se consuetudinem surgendi & lædendi alios habere, quare enim, vitium cum sciret, non solus dormivit Gail. 2. obs. 110. n. 30. in fin.*

XXVII Utrum a. ebrietas excusationem habeat à pœna ordinaria quæritur? sed hic bis peccare videtur, cum ebrietas scaturigo nefanda malorum satis prohibita legatur *Recess. Imp. Colon. de Ao. 1512. Reform. politic. Car. V. Ao. 1530. in Recess. August. d. Ao. 1548. in Recess. Imp. vom jutrincken Rudolph. II. Imp. ord. politic. d. Ao. 1577. Sed dicemusne cum Gailio 2. obs. 110. n. 25. LL. esse contrario usu abrogatas? Nunquam hoc concedendum, inter alia etiam propter admonitionem Christi *Luc. 21. v. 34. statuitur tñ, communiter, quòd immodica ebrietas, quæ exilium mentis inducit, aliquem excuset à pœna ordinaria per l. 6. §. 7. ff. d. re milit. c. sanè cum seqq. 15. q. 1. Tiraq. d. pœn. temp. caus. 6. n. 1. & seq. Gometz. tom. 3. res. cap. 1. n. 73. non enim consentit ebrius c. si Concupiscentia 15. q. 1. & in maleficiis voluntas è spectanda non exitus aut eventus l. 14. ff. ad L. Corn. d. sic. l. 16. ff. d. pœn. Sed ne LL. supra allegatæ suum effectum perdant, dicendum erit, licet profundè ebrius dolum non habeat, culpam tñ, habere cernitur, quæ casum præcessit *Damboud, in pract. Crim. c. 84. n. 19. iccirco ebrius non tam ob delictum, quàm propter ebrietatem coercetur extraordinariè c. inebriaverunt 15. q. 1. & sic iudicatum refert dn. Carpz. part. 3. prax. Crim. q. 145. n. 42, 43, 44, 45. quam tñ, pœnæ mitigationem sublatâ volunt in ebrioso per distinct Gailii. 2. obs. 110. n. 27. & 29. Sanè quin ebriosus sciens se rixosum, & tñ.***

ad insaniam usq; se inebriaverit, ut quid agat, nesciat, gravus, imo poenâ ordinariæ proximâ adfici debet; an v. poenæ ordinariæ locus è? de eo non immeritò dubitamus, cum verus dolus in ipso facto non adsit.

XXIIX. Ordinariè tn. punitur non profundè ebrius, quia dolus in eo præsumitur *Bald. in l. ii. n. 6. C. d. bis qui accus. non poss.* & parùm distat à sobrio, immo potius numero sobriorum habetur *Hipp. d. Marsil. fng. 276.* Neutiquam etiam immodicè ebrius excusatur à poena ordinaria si cessante ebrietate eum delicti non poeniteat *Men. d. abit. jud. quest. lib. 2. Cas. 326. n. 10. & dn. Carpzov. part. 3. prax. Crim. qst. 146. n. 57.* quia præsumitur, quòd dolo fecerit: arbitrium tn. prudentis iudicis hic non videtur exclusum.

XXIX. Casuale homicidium è, quod quis præter intentionem & voluntatem lædendi hominem fortuitò & casu committit. *l. i. & 5. C. d. sic.* ut, si volens feram occidere in nemore, occidat hominem, *l. ii. §. 2. ff. d. poen.* & nullâ hoc poenâ coercetur *l. 9. in fin. l. ii. pr. l. 31. ff. ad L. Aq. Boss. d. Homicid. n. 66. Gail. 2. obs. 110. n. 38. Damboud. c. 85. in fin. cui convenit P. H. D. art. 146. vnd so ein Schütz; ibi, diese beyde sein entschuldigt/ quod tn. intelligendum, nisi culpa casum præcesserit. v. g. si operam navet rei illicitæ, ut notum *per d. l. ii. & 31. & d. art. 146.* hoc n. culposum nomine homicidium è.*

XXX. Differt n. casuale homicidium à culposo, quod in hoc culpa interveniat, veluti si quis dederit operam rei illicitæ, vel si in re licita & permessa non adhibuerit omnem diligentiam, & ex eo aliquis interficiatur *l. 7. §. si quis in colluct. l. 31. ff. ad L. Aq.* hujusq; poena è arbitraria, pro facti & personarum qualitate, *l. i. §. Divus ff. d. sic, Clar. in pract. Crim. §. Homicidium n. 3. Jacob. Ayrer. in tr. d. Homicid. part. 2. n. 101. P. H. D. art. 146. in med. ibi der Thäter seiner wted gnug entschuldigt.* Hæc pro instituto nostro de tribus illis Homicidii speciebus summarie dixisse sufficiat; & cum in pagellæ hujus angustia, ulterius pro amplitudine materiæ dici nequeat, meritò transitum facimus ad Homicidium necessarium.

XXXI. Necess.

**XXXI. Necessarium & Coactum Homicidium** est, quod non dolo sed coactè ob **VITÆ CORPORISVE** defensionem contingit *l. 2. 3. 4. C. ad L. Corn. d. sic. l. 3. ff. d. 7. et 7. P. H. D. art. 139. in HONORIS* defensione idem vult *Treutl. vol. 2. disp. 32. th. 6. lit. g. Damboud. c. 79. quod tn. Bocerus in tr. d. duell. lib. 2. c. 7. limitati- vè accipit, ubi nimirum judicis copia haberi non potest, aut à ju- dice pars cogi non potest. Hac etiam ratione maxumè duellum pro defensione honoris esse suscipiendum, & quidem citra pœ- nam, ostendere nituntur *Tiraq. d. nobil. c. 10. Treutl. Disp. vol. 2. disp. 32. th. 6. l. g. sed ICtis nonnullis hoc in mentem venisse re- ctè miratur Bach. in Tr. d. l. fama n̄ injuriis auferri nequit, Eo ob eam nemo interficiendus è; & licet irrogetur infamia, da- mnum tn. illud irreparabile non è, & aliis viis emendari potest; vita ablata hic reparatur nunquam, fama sæpius, licet per injurias alterig amissa videatur: & pravi illi juris Antistites, qui pravis hu- jusmodi opinionibus LL. fundamenta convellunt & hujusmodi barbaræ sententiæ patrocinantur rectè *Bach. d. l. Aliud sanè in injuria reali, quæ per stuprum in corpus infertur l. 8. infin. ff. quod met. causi. Ob FACULTATUM defensionem impunè homicidium committi vult. Treutl. vol. 2. disp. 32. 6. lit. H. & Dd. in l. 3. ff. d. 7. et 7. quod tn. rectè negat Bach. d. l. nisi quis propter inva- sionem bonorum fiat aggressor corporis, & bona sua jure defen- dentem armis invadat, atq; adèò res sine periculo vitæ defendi nequeat *Fach. 1. antin. 31. Bach. d. l. Petreus concl. Crim. 119. lit. b. homicidium a. defensionis causa ritè susceptum impunibile è Damboud. præf. Crim. c. 76. n. 12. Gail. lib. 1. d. pac. pub. c. 16 n. 6. per artic. 139. verb. welcher eine rechte nothwehr artic. 140. art. 142. circ. med. & fin. OMNI JURE Exod. 21. v. 13. Gen. 14. v. 14. & sim. l. 1. §. vim vi ff. de vi & vi arm. l. 4. §. 45. §. 4. ff. ad L. Aq. l. 1. §. cum. aries ff. si quad. paup. fec. dic. c. dilecto pr. X. d. sentent. ex- com. in 6. c. quia te. distinct. 50. c. Cum homopr. 23. q. 5. c. significa- si X. d. Homicid. vol. & cas. modus tn. si excedatur, punitur pro arbitrio judicis P. H. D. art. 142. v. Nemlich ist hierin. Berlich. part. 4. Concl. 18. n. 1. Gometz. tom. 3. var. resol. c. 3. n. 24. Boss. d. Homicid. n. 9. Gail. lib. 1. d. pac. pub. c. 16. n. 19. & lib. 2. obs. 110 n. 15. quæ tn. pœna statuitur secundum rationem excessus ex cul-****

pa lata<sup>r</sup> leviori, vel levisima. *Carpzov. part. 1. prax. Crim. q. 29. n. 2. & seqq.*

XXXII. Observantur a. in moderamine inculpatæ tutelæ secundum nonnullos *Dd.* quatuor. Primò ob ordinem actuum *Schneidevv. in §. 1. f. d. jur. Nat. G. & C. n. 15.* ut præcedat offensæ, vel justus metus offensæ *l. 52. §. 5. ff. ad L. Aq.* qui a. minatur tantum, vel qui alapam tantum inflixit, occidi nequit *arg. L. 45. §. 4. ff. ad L. Aq. l. 5. ibi, metum mortis ff. eod.* sed debet hæc injuria per magistratum vindicari *Arum. disp. 1. ad ff. th. 1. in fin.* Aliàs a. primum ictum expectare ille, qui armis invaditur, non tenetur *arg. l. 3. C. d. sic. l. 3. §. 3. d. vi & vi arm, & artic. 140. P. H. D. Schn. d. l.*

XXXIII. Secundum est circa modum, ut similibus armis fiat, *l. 5. ff. ad L. Aq. l. 3. §. cum igitur ff. d. vi & vi arm.* eam. tñ. armorum similitudinem & paritatem Geometrica potius quàm Arithmetica proportione æstimamus, habito diligenti omnium circumstantiarum respectu. Hinc, si multo major & robustior fuerit aggressor, quàm provocatus, duriore etiam telo potest hic illum repellere, vel debilitare impunè *l. 45. §. 4. ff. ad L. Aq. VVesemb. consil. 19. n. 57. Damboud. c. 76. n. 14. Berlich. part. 4. concl. 13. n. 56. Mascard. lib. 3. concl. 1126. n. 36.*

XXXIV. Tertium è, ut incontinenti fiat *l. 3. §. 9. ff. d. vi & vi arm. l. 2. & 3. C. ad L. Corn. d. sic. P. H. D. art. 142. ibi vnd jhn aller erst in der nachfolg erschlagen hat. Gail. lib. 1. d. pac. pub. c. 16. n. 11. in fin. Berlich. Concl. 13. n. 40. Carpzov. part. 1. prax. Crim. qst. 28. n. 28.*

XXXV. Quartum è circa causam, ut non fiat ulciscendi causa, sed propulsandi injuriam, ita ut aliter periculum vitari non possit *l. 4. & 5. C. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aq. P. H. D. art. 140. in verb. vnd der bedröigt kan füglich ohn fehrigkeit oder verletzung nicht entweichen.* Proinde invasus si fugere possit, non tñ. semper tenetur, quia melior è conditio ejus qui invaditur, quoniam injuriam patitur, & quia vim vi repellere licet *l. 3. ff. d. 7. & 7.* Ergò non fugá, si ea periculosa, & quia licitè percussor occiditur *l. 2. & 3. C. ad L. Corn. d. sic.* Hæc a. adsertio tum obtinet, si quis jam è invasus, adeò ut vel in vicinas ædes receptus, non sit  
tutus,



tutus, vel fuga sine periculo lapsus non sit; secus est in illo casu, quando inuasor procul conspicitur, vel invadendus adstat foribus adium, vel propter alias causas fuga sine evidenti periculo capi potest; tunc fugere tenetur *P. H. D. art. 142. ibi*, so vorgegeben würde/ der Thotschläger wehre dem benötigten wol füglichet welse vnd ohn fährlichkeit seines Lebens entwichen etc. *Damboud. in prax. Crim. c. 86. n. 8. Berlich. concl. 13. n. 31. Gometz. part. 3. var. concl. cap. 3. n. 23. Carpozov. part. 1. prax. Crim. q. 30. n. 56.* & hæc nulla distinctione factâ, inter nobilem & plebejum procedunt *Bocer. class. 6. disp. 1. n. 73. Petreus concl. crim. 118. lit. c. & Carpozov. d. l. n. 59.*

XXXVI. Non desunt, quibus placet, quod non prius cum moderamine hoc possit depelli periculum, quàm certò constet aggressorem animo occidendi advenire, quod tñ. secus docet. *P. H. D. art. 140. ibi* so etnen jemandt mit einem tödlichen Wafsen oder Wehr überleufft/ansicht oder schlegt / *ibi* in subsequentibus der mach sein Leib vnd Leben. &c. Insuper, si prius animum alterius inuasus perspicere certò deberet, & inquirere, num occidendi animum haberet, vel non, modum etiam verberum expectare teneretur, & primum ictum, quod contra naturam *& art. 140.* der *P. H. D. ibi* ist auch mit seiner Wehr bis er Geschlagen wirdt/ zu warten nicht schuldig. eò n. ipso, quod terror armis infertur, constitutus est in discrimine vitæ *gl. & ibi Bart. in l. 5. ff. ad L. Aq. l. 3. §. 5. ff. d. vi & vi arm. l. 2. 3. 4. 5. C. ad L. Corn. d. sic.* nec tantum hoc attenditur in eo casu, ubi periculum mortis est, verùm etiam obtinet, quando gravioris plagæ periculum imminet, *P. H. D. art. 140. ibi* ohn gefährlichkeit vnd verletzung seines Leibes *l. 3. ibi, propria salutis C. ad L. Corn. d. sic.*

XXXVII. Et non tantum alleganda hæc defensio, verùm probanda etiam, cum illa sit facti, quod probari debet *l. 5. C. d. injur. l. 1. ibi*, qui si probaverit *C. ad L. Corn. d. sic. c. frater vester, dist. 50. P. H. D. art. 141. ubi*. Welcher sich aber nach besindung der that/einer gethanen Nothwehr berümbt/vnd gebrauchen wil/vnd der ankleger der nicht gestendig ist/ so legt das Recht dem

§ III

Thäter

**Thäter auff / solche berühmte Nothwehr obgemelter imassen zu  
recht gnug zu beweisen; beweist er die nicht / er wird schuldig gehalten.** *Gail. lib. 1. d. pac. pub. c. 16. n. 4. Mascard. d. probat. Concl. 864. n. 31. Damboud. in prax. Crim. c. 36. n. 6.*

**XXXIIX.** Et in probatione defensionis multa contra communes juris regulas admittuntur *Bocer. d. duel. lib. 2. c. 10. n. 80. Gail. lib. 1. d. pac. pub. cap. 16. n. 22. & seqq.* & reus primò negans homicidium à se commissum, postea v. de eo convictus, defensionem allegans, eamq; probare volens, admittitur, immo post conclusionem in causa possunt novi testes pro rei defensione examinari *L. 18. §. 9. ff. d. qstion. Gail. lib. 1. d. pac. pub. c. 18. n. 2. & seqq. Mascard. d. probat. concl. 904. vol. 2.*

**XXXIX.** Si defecerint probationes, ad torturam procedendum est *Gilhausen in arb. jud. crim. c. 2. tit. 12. n. 28. Berlich. p. 4. concl. 15. n. 28.* sed si pro reo aliqua præsumptiones militaverint, ex quibus insultus potest colligi, verosimiliter tunc & si persona honesta, arbitrariè potius interdum ob homicidium commissum puniendus, quàm torturæ subjiciendus *Gilhausen d. l. ubi tn. malè talem etiam planè absolvi posse putat, Carpzov. part. 1. prax. Crim. n. 34. n. 73. & seqq.* quod prudens iudex pro diversitate circumstantiarum arbitrabitur.

**XL.** Paucissima hæc, de ardua homicidii dixisse sufficiat materia; & cum **J E H O V A** non sinat impunitum facinus, si sanguis hominis effundatur, immo ex improvise illud scèpius detegat, & luci exponat, ut de Bello legitur apud Plutarchum *lib. 2. d. ser. Num. vind. de Ibico Rhegino in lib. d. fut. loq. in Epigramm. Græc. tit. Antiphasa* de aliis exemplis apud Plinium *lib. 7. c. 29. lib. 8. c. 40. Val. Max. lib. 1. c. 7.* supplicibus eundem veneremur precibus, ut à reatu sanguinis patriam nostram liberare & pristinum pacis seculum postliminiò reducere dignetur, quò possint

de fontibus sumi supplicia, cum nulla gratior victima

**DEO** offerri possit, quàm sanguis  
homicidæ.

**SOLI DEO GLORIA,**

ULB Halle 3  
003 499 200




SK

Vb 17







1644

11

DISPUTATIO JURIDICA,  
De  
**OMICIDIO,**

*Quam*  
DEO AD SISTENTE

permissu ac indultu nobilissimi Senatûs juri-  
dici, in incluta Electorali ad Viadrum  
Universitate,

P R Æ S I D E

*Amplissimo ac Consultissimo VIRO,*  
Dn.

**HANNE BRUNNEMANNO,**  
Philos. & J. V. D. P. P, Præceptore, favitore  
ac promotore suo magno.

*Publicè in Ictorum collegio defendet*

**ORGILUS HEINRICUS** *Winther/*  
Pomeran.

Die II. Mensis Aprilis

*Anni* 1644.

